

www.e-rara.ch

**Manuale sodalitatis B. Mariae Virginis, sive exercitium spirituale
christianae pietatis**

Philot, Etienne

Friburgi Helvetiorum, 1608

Bibliothèque cantonale et universitaire Fribourg

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-135297>

Caput III. Exercitium secundae regulae de administratione sodalitatis.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EXERCITIVM.
SECVNDÆ REGVLÆ
DE ADMINISTRATIO-
ne Sodalitatis.

PARS PRIMA.

*Considerationes aliquot Administrato-
ribus Sodalitatis perniles, ad cultū
B. Virginis promouendum.*

SICVT filiorum est, parentis sui vtri-
usque gloriam & vtilitatem quærere,
indiesq; si possint, augere; ita Sodaliū
omnium est, beatissimæ Virginis in se, ali-
jsq; cultum promouere. Hoc si Sodalibus
incumbit omnibus, certè vel maximè ijs in-
cumbit, quibus cōmissa est Sodalitatis gu-
bernatio.

Existiment ergo ij primū, delectos 1 *Consideras*
se esse à D. Virgine, vt ipsius Sodalitatem *curam Soda-*
& familiam curent. *litis cōm-*

Deinde inducant animum, nihil posse *ssam sibi à B*
se dignius, & salutis suæ conuenientius fa- *Virgine*
cere. 2 *Nihil pas-*

se facere, quàm Beata Virginis cultum promouere,

cere, quàm si eius promoucant cultum, & gloriam, quæ Dei ipsius est mater optima, iuxta & potentissima, ac planè carissima.

3 *Sodales omnes Deiparæ esse filios.*

Adhæc sibi persuadeant : Sodales omnes Deiparæ virginis esse proles, & pignora, quibus consulere, est ipsi eorum parenti & Dominæ eximiè gratificari, & placere.

4 *Quicquid pro Sodalitate fecerint, B. Virgo sibi factum arbitraturam.*

Præterea certò certius credant; nihil se facturos pro Sodalitatis bono, quod non sibi factum arbitretur B. Virgo. Itaque si diligentes se diligit, multo magis eos, qui alios secum ad amorem ipsius alliciunt, diligit.

5 *Curandum illis ut partibus suis, in Sodalitatis administratione faciant satis.*

Postremò intelligent, ex his omnibus sequi, dandam esse sibi operam, ut nauiter partes suas sustineant, ut in cœtibus Sodalitatis, quantum per occupationes licet, sint assidui; rarò absentes, ut cæteris omnibus vitæ Christianæ, insignisque modestiæ exemplo præluceant; ut in frequentatione Sacramentorum crebri sint; ut in Regularum obseruatione cæteris diligentiores; ut Sodalitatis progressum quotidie Deo, Parentique eius in precibus & sacrificijs commendat; ut denique cum egregia caritate, & diligentia commissum sibi munus obeant, non dubij accepturos se à beata virgine dignam laboribus, industriaque sua mercedem.

PARS

PARS SECVNDA

Quæ plurimum facere possunt ad bonam Sodalitatis administrationem.

QVATVOR pertinere videntur ad bonam Sodalitatis gubernationem. *1 Si Officiales inter se sapius agās*
Primum est si Officiales crebrò inter se conveniant, agantq; de recta Sodalitatis, tum generationis, tum in proprijs, ac peculiaribus rebus progressionem.

Secundum: Si Sodales singuli in certas classes distribuuntur, quarum singulas Officiales singuli inter se partiantur, ut constare possit, quæ quisque diligentiam partibus suis satisfaciat; qui infirmi sint, qui cæterorum precibus cõmendandi; qui vita defuncti. qui aliò commigrarint. &c. *2 Si Sodales in certas classis distribuatur.*

Tertium: Si non multi nimis, & plus quàm decet, facilius admittantur. In multitudine enim sæpè confusio, & qui faciliè & citò admittuntur, faciliè etiam refrigescunt, & sodalitatis exercitia, conventusque negligunt. Expediit ergo & Sodalitati, & illis (de viris potissimum agimus) ut non sine prævia consideratione, lectione regularũ, observatione instituti Sodalitatis, eorumque excussione, quæ ad sodalitatem pertinent, admittantur. *3 Si non nimis multi admittantur.*
Poste-

4. Si nonnō
quā Sodalitatis
aliqua
& animorū
fiat renova-
tio.

Postremò: si annis singulis semel am-
morum & Sodalitatis, insigni ritu & prę-
paratione instituatür renouatio: qua sese
omnes confessione præmissa, & Comuni-
one, beatissimę Virgini rursus offerant:
vt sic & totius anni admissę in Sodalitatis
officio negligentię benignę à benigna ma-
tre rumistantur, & nouis quasi animi & co-
poris viribus ad eam solito alacrius, & dili-
gentius collendam aggrediantur.

PARS TERTIA

*Quanta solitudine parere debeant So-
dales Præfectis & Officialibus
Sodalitatis.*

Nulla virtus
Deo gratior
Obedientia

INter omnes virtutes, quę nos Deo gra-
tiores, Christuq; Iesu similiore faciant
est obedientia, cuius exercendę potissi-
mum causa, instituti sunt in terris sacri reli-
gioforum hominum ordines vt nimirum
in terris similitudo aliqua esset eius perfe-
ctissimę obedientię, quę in coelis est. Quę
circa beatos se, & felices existimare debent
Sodales, quod tantę virtutis exercendę oc-
casionem aliquā in Sodalitate habeant.

Sodales obe-
dientes suis
præfectis, B.
Virg. obedi-
mes.

Sed persuadere sibi debent, obedien-
tiam se præstare Dei matri, Domine & Pat-
ri suę, quando eius locum in sibi sacra ha-

familia tenentibus obtemperant. Postremo
 magni meriti est, tam nobilem exercere vir-
 tutem, & voluntati aliquando suæ (cuius
 homines natura tenacissimi sunt) reluctari
 ut alterius voluntati morem gerant. Qui
 verò dedignantur parère maioribus suis, & *Inobedientes*
 quæ sibi proponuntur in Sodalitate, pro vi- *sunt filij E.*
 rili suâ exequi, sat ostendunt non esse filios *ra. non Ma-*
 Mariæ, cui Obedientia nihil fuit gratius; *ria, demonis*
 sed inobedientis Euzæ proles; non Christi, *mancipia,*
 qui factus est obediens usq; ad mortē, ser- *non Christi*
 uos; sed dæmonis, qui primus inobedier- *serui.*
 tiæ auctor fuit mancipia; ac propterea peri-
 culum esse, ne in ruinam & exitium præcipi-
 tes aberant.

PARS QUARTA.

Orationes aliquot ad hunc lo-
 cum facientes.

*Oratio quæ subinde recitari potest .
 ab quouis Sodalitatis ad-
 ministrante.*

Omnipotens & misericors Deus, de-
 cui⁹ munere venit, ut tibi à fidelibus
 tuis dignè & laudabiliter seruiatur,
 largire mihi indigno famulo tuo, ut omnes
 affectiões & cogitatiões meas in te dirigā.

Illumina cor meum gratia Spiritus sancti,
 intelligentiam, memoriam, & eloquium
 ignitum dōa, vt omni repulsa negligentia,
 officium meum benè prosequi, fructum
 efficaciter consequi, in cunctis tibi placere,
 & per omnia dignè laudare merear, qua-
 tenus & ego, & Sodales mei (quorum ali-
 qua mihi cura concedita) in viuitute ita
 proficiamus, vt ego cum illis, & ipsi me-
 cum destinata laborum nostrorum æterna
 præmia simul percipere mereamur; meri-
 tis, & intercessionē præsidis, & patronæ
 nostræ Mariæ, matris vnigeniti filij tui Do-
 mini nostri Iesu Christi, cui laus, honor &
 gloria in secula seculorum, Amen.

*Oratio ad Deum pro Congregatio-
 ne, & ijs qui illi
 præsunt.*

Omnipotens, sempiternæ De*, qui fa-
 cis mirabilia magna solus, præten-
 de super famulos tuos, & super
 Congregationes illis commissas, spiritum
 gratiæ salutaris, & vt in veritate tibi place-
 ant, perpetuum eis rorem tuæ benedictio-
 nis infunde, per Christum Dominum no-
 strum, Amen.

CAPVT